

IOACHIMVS HOPPERVS IVRECONSVLTVS LOVANIENSIS.



Ioachimus apud Frisios honesto loco natus, & in omni genere literarū optimē educatus fuit. Is post prima artium & linguarum fundamenta feliciter percepta, sese ad Legum studia conuertit, & sua diligentia effecit, ut omnium suffragijs Iuris Doctor crearet. Itaque cum Louanijs sua eruditione omnibus innotesceret, Iuris professor constitutus fuit. Eam functionem magna dexteritate perfecit, & singulari facundia intricatas iuris quæstiones apperuit. Accedebat & uitæ integritas, cum rara animi prudentia. Id cum proceres regionis cognovissent, eum in regium cōsilium adhibuerunt, atque res magnas perficiendas iniunxerunt, quas quidē

Ioachimus egregie expediuit, atque hoc modo sibi magnam autoritatem apud doctos conciliauit. In eo loco 45 annorum circiter natus etiamnum superest, & inter doctos magna laude connumeratur.

Anon.